



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

52. De villico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

cordibus vestris. Tanta est charitas Dei erga hominem, ut velit omnes similiter invicem se amare: & indicantur quatuor causæ hoc faciendi.

1. Quia Pater cœlestis ita jubet.
 2. Quia sumus fratres inter nos.
 3. Quia unusquisque habet, quod ab alio sibi remittatur.
 4. Quia ipse Pater remittit nobis tantò majora.
- Accedit severitas divinæ ultionis, ni fiat,

1.
2.
3.
4.

MEDITATIO LII.

De villico. Luc. 16.

PUNCTUM PRIMUM.

Homo *dives* est Deus ipse, cujus sunt omnia, Deus dicitur. *quæ* ad corporis vitam & oblectationem faciunt, tum bona gratiæ & gloriæ, quæ ad animam præcipuè spectant. *Villicus* est quilibet homo, cui ita Deus bona corporis & gratiæ tribuit, ut rationem reddere debeat de usu illorum, qui debet esse juxta Dei voluntatem: quare dissipator est, qui secùs illis utitur. *Diffamatur* autem de dissipatione, non ex rumore hominum, sed ex facto ipso, quòd Deum non possit latere.

ves dat.

Homo
villicus.

PUNCTUM II.

Exigitur ratio à villico, & exiit officio: *Redde rationem: jam non poteris villicare.* Fit aliquando, ut Deus provocatus peccatis prævertat tempus rationis. Unde ait: *Ne impiè*

Accele-
rat justi-
tiæ diem
quando-
que.

Cc 3

agas Eccl. 7^o

17.

agas multum: Et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Contingit autem duobus modis, vel absque præmonitione, non dato tempore præparationis; vel dato, quod petebat Da-

Ps. 101.
24.

vid: *Pancitatem dierum meorum nuntia mihi.*

Atque tunc ait: *Quid hoc audio de te?* quo dicto representabat nobis universa peccata, & vitæ remissionem. Idipsum dicit in abscessu animæ, quando non est amplius pœnitentiæ locus.

Reddes
ratio-
nem.

Sed quàm terribile illud: *Redde rationem villicationis tuæ;* in quo plurima continentur. *Ve-*

Ioan. 9.

nit nox, quando nemo potest operari: & mani-

4.

festari oportet ante tribunal Dei, ut referas quis-

2. Cor. 5.

que propria, prout gessit, sive bonum, sive malum.

10.

PUNCTUM III.

Confun-
dit nos
villicus.

Villici commentum. Non commendat Christus fraudem, sed industriam & studium consulendi sibi, quo incitari oportet, estque nobis ad confusionem, qui tam studiosi non sumus pro animæ salute. Quod ait: *Fodere non valeo,* ad asperum vitæ genus referri potest. Et *mendicare erubesco,* ad vitam contemplativam, quæ est assidua oratio, & quasi mendicatio à Deo. Monet Christus, ut qui hæc sublimiora nequit, saltem bene alijs faciat, quomodo potest, vel in corporalibus, vel in spiritualibus, juxta

1. Tim.

Pauli consilium: *Exerce teipsum ad pietatem,*

4. 7.

quæ ad omnia utilis est promissionem habens vi-

Divitiæ
mam-
mona.

ta, quæ nunc est, & futura. Divitias autem vocat Christus *mammona iniquitatis,* quamvis li-

cité

citè acquisitas, quia iniqui tantùm in eis felicitatem ponunt: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt*: vel, quia fortè sunt instrumenta peccandi. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva.* Possunt tamen servire salutis. Unde ait Dominus: *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut Tobias: Fiducia magna erit coram summo Deo, omni facienti elemosynam.* Et: *Conclude elemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Quare Paulus Timotheo: *Divitibus hujus sæculi præcipe non sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere.*

ps. 148.
25.
1. Tim. 6. 9.
Tob. 4. 11.
Eccl. 29.
15.
1. Tim. 6. 17.

MEDITATIO LIII.

De Publicano & Phariseo. Luc. 18.

PUNCTUM PRIMUM.

Affectus superbiæ in Phariseo. 1. Quòd se **A**ctus
putat perfectum. Unde nihil petit, nec ve-
superbiæ
niam peccatorum, nec gratiæ augmentum, aut
1.
conservationem. 2. Quòd prætextu gratia-
2.
rum, commendat seipsum ab operibus bonis. 3. 3.
Quòd se præfert alijs. 4. Quòd exilia sua ope-
4.
ra bona cum sceleribus aliorum confert, & ope-
ra tantùm externa, quæ jactantiæ causâ facie-
bat, uti *sepulchrum dealbatum intus autem ple-*
num omni spurcitiâ. 5. Quòd contemnit alios, 25.
Matt.

Cc 4 etiam 5.